Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



23

hom factus & habitu inventus ut homo hu-
miliavit se ipm factus est obediens usq;
ad mortem mortem autem crucis. propter quod et
deus exaltavit illum. & donavit illi nomen
quod est super omne nomen ut in nomine je-
su omne genu flectatur celestium terrestrium
& infernorum. Et omnis lingua confiteat. Quia
dominus noster jhesus xpus in gloria est dei patris
Tetendisti manum dexteram meam & in voluntate
tua deduxisti me et cum gloria assumpsisti me ℣ Quam bo-
nus israel deus rectis corde mei autem pene moti sunt pe-
des pene effusi sunt gressus mei quia zelavi in peccatis
pacem peccatorum videns Tractus ille alternatim canit
Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti ℣
Longe a salute mea verba delictorum meorum ℣ Deus meus
clamabo per diem & non exaudies & nocte & non ad insipi-
entiam mihi ℣ Tu autem in sancto habitas laus israel ℣ In te
speraverunt patres nostri speraverunt & liberasti eos ℣ Ad te clama-
verunt et salvi facti sunt in te speraverunt & non sunt confusi
sunt ℣ Ego autem sum vermis & non homo opprobrium
hominum & abiectio plebis ℣ Omnes qui videbant me
aspernabant me locuti sunt labiis & moverunt caput
℣ Speravit in domino eripiat eum salvum faciat eum
quoniam vult eum ℣ Qui vero considerant & conspiciunt
me dividerunt sibi vestimenta mea & super vestem meam
miserunt sortem ℣ Libera me de ore leonis & a cornibus
unicornium humilitatem meam ℣ Qui timetis dominum
laudate eum universum semen jacob glorificate eum ℣